PETRUS PICTAVIENSIS. PETRUS COMESTOR

Frankreich, 13. Jh.

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=901
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

populum tuum. gentem hanc. uis ut educam
populum: indica michi quem missurus es mecum.
Dixitque dominus. facies mea precedet te. ecce: iam
magis impetrauerat moyses: plus notatur in
facie: quam in angelo. sed quia in facie intelle
xit moyses: aliquem quasi simillimum deo pro
mitti: addidit. si tu ipse non precedes: ne e
ducas nos de loco isto. cui dominus. et uerbum quod
locutus es faciam. te ipsum noui ex nomi
ne. id est per se. et specialiter michi placuisti. uoca
bo in nomine domini coram te. id est faciam me
uocari deum et ducem uestrum: ex miraculis
que faciam. et non ob aliud: nisi quia uolo. quia
miserebor cui uoluero. Cui moyses. osten
de michi faciem tuam. cui dominus: non poteris ui
dere faciem meam. non enim uidebit me ho
mo et uiuet. stabis in cauerna petre. et transibit
coram te gloria mea. quoniam quia non sustineres:
ponam manum meam coram te. cumque per
transiero: tollam manum meam. et uidebis
posteriora mea. Quod ratione similitu
dinis dictum est. sicut enim a tergo uisus homo:
scitur quod homo sit: sed non quis homo sit: ita
deum esse nos scimus. sed quis sit nondum scimus.
Et potuit esse: quod in tanta claritate pertransi
erit dominus: quam humanus non sustinuisset as
pectus. et oposita est nubes moysi. deince
ps cum longius abesset: potuit a moyse uide
ri. Ad litteram hebrei tradunt eum uidis
se posteriora hominis. et in occipite quasdam
·xxiiii· ligaturas. De secundis tabulis et gloria uultus moysi.

Et ait dominus ad moysen. precide tibi tabulas
duas: instar priorum. et scribam super eas uer
ba que habuerunt tabule quas fregisti. In
deuteronomio tamen dicitur: deus scripsisse in sequen
tibus tamen dicit. scribe tibi uerba hec et cetera. Et paulo post.
fuit moyses cum domino. xl. diebus et cetera. et scripsit in
tabulis uerba federis. x. Potest dici: quod auc
toritas scribendi fuit in domino. ministerium:
in moyse. Cumque excidisset moyses tabulas:
de nocte consurgens ascendit. et transeunte
domino coram eo in turbine: prius intrans ad
orans: ait. obsecro: ut gradiaris nobiscum.
auferas iniquitates nostras et possideas nos.
cui dominus breuiter memorauit quedam: que etiam
predixerat: de tribus sollempnitatibus de oblati
one primiciarum. et primogenitorum. et addidit. ne
cum gentibus terre promissionis aliquod habe
rent participium. fuitque moyses cum domino:
xl. dies. et xl. noctes. panem non comedit. et aquam
non bibit. Cumque descendisset de monte cum
tabulis: apparuit facies eius cornuta. et ipse
ignorabat. id est radii miri splendoris ferebantur
de facie eius: qui reuerberabant oculos intu
entium. quos gloriam uultus moysi appel
lat apostolus. posuitque uelamen ante faciem
suam: cum loquebatur filiis israel. et locutus est eis
omnia que fuerant sibi imperata. Quantum autem
hec gloria durauit: et utrum semel: uel pluries sibi
acciderit: ignoramus. Tradunt hebrei: quod adhuc
tercio ascendit ad impetrandam eis uenie
certitudinem: et iterum fuit cum domino. xl. diebus
et noctibus ieiunans. cumque redisset cum cer
titudine uenie: erat nona dies septimi
mensis. et in crastino: sollempnitatem agentes pro
uenia data: afflixerunt animas suas ieiu
nantes. Vnde inceps dicta est decima dies men
sis huius: dies propiciationis. quod si uerum est: proba
bile est: quod et ecclesia: ob hoc tres in anno proponit qua
dragenas. licet ob hoc institutum dicatur:
quia tres tantum legimus ieiunasse quadragenis.
moyses. helyas. ihesus. Dubium fuit: siue non: post
secundum reditum: de constructione taberna
culi precepit eis moyses. secundum quod a domino acce
perat. et premisit de obseruatione sabbati. ne
forte in hoc opere putarent sibi licere operari ·xxxv·
sabbato. De compositione tabernaculi et erectione.

Egressa omnis multitudo: obtulit iuxta
uerbum moysi mente promptissima quic
quid preciosius habuit. et cum tanta copia:
quod compulsi sunt artifices uoce preconis clama
re: ne quisquam ultra offerret. feceruntque
beseleel. et ooliab: cuncta que sibi fuerant
et sicut fuerant imperata. Et secundum iosephum:
omne tempus ad opus faciendum transiit in
mensibus. vii. omne aurum quod expensum
est in opere sanctuarii: uiginti nouem talen
torum fuit. et d.cc.xxx. siclorum. ad pondus sanc
tuarii. Fuerunt preterea. c. talenta argenti: ex
quibus constitute sunt. c. bases. sanctuarii. de argen
to. dcc.lxx.v: facta sunt capita columpnarum.
que et uestite erant argento. Eris uero talen

de secundis tabulis et gloria uultus moysi.

de compositione tabernaculi et erectione.